

positum non habebat, ut damnatione Christi, salutem hominum procuraret. Judas lucrum suum, non hominum felicitatem spectabat.

5. *Qui non salvantur per bona opera, illi etiam non damnantur per mala opera.*

Quia contrariorum eadem est ratio.

Atqui homines non salvantur per bona opera.

E. etiam non damnantur per mala opera.

Resp. est eadem $\Phi\lambda\upsilon\alpha\epsilon\acute{\iota}\alpha$. Medius enim terminus non est vera causa conclusionis
Rhenius Log. p. 783.

6. *Quibuscunq; Deus dat secundum opera, illi ex operibus justificantur vel damnantur:*

Sed Deus unicuiq; dabit secundum opera sua, Rom. 2. v. 6.

E. Quilibet ex suis operibus justificabitur aut damnabitur.

Resp. est idem $\Phi\lambda\upsilon\alpha\rho\rho\lambda\acute{o}\gamma\eta\mu\alpha$. Reddere unicuiq; secundum opera sua, non est idem quod reddere unicuiq; propter opera sua.

Secun-